



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iasonis Mayni I. C. In ... Digesti Novi Partem Commentarii

In Primam Digesti Novi Partem Commentarii

Dal Maino, Giasone

Lvgdvni, M.D.LXIX.

Tituli huius voluminis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96914](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96914)

Ad illustrissimum & sapientissimum principem, Ludovicum Sfortiam,
Vice comitem, Barri Ducem, Iasonis de Mayno iuriconsulti, ac ducalis Senatoris, in com-
mentaria iuris ciuilibus, Prefatio.



Radunt veteres ingeniosi Poëte, Prometheū Iapetidem figulum,

ex luto corpora humana fabricare soliti, ignem spiritum ex celo surripuisse: atque illis animam vitamque insufflasse. Ego quoque illustrissimum & sapientissimum principem hęc opera cudo, rudem quandam molē fabricare video: & libellos ineffigatos edere. Sed vbi tuo nomini sacrantur, a te, veluti a terrestris numine, vitam spiritumque hauriunt. Tu iacentes subleuas, depressos erigis, exanimis viuificas: & ineffigatos ad formam redigis. Tu eis nomē sanamque circundas: & sic vitalem spiritum infundis. In omen tuum quod liminari pagine inscribitur, totum opus illustrat. ex atro & nobilo, lucidum ac serenum redit. Commentaria nostra, quę circa iuris interpretationem, & iustitię doctrinam versantur, a te summo & vberissimo iustitię fonte merito vitam accipiunt: iustitia quę ex terris in cælum migrasse ferebatur, nunc rursus è cælo & astris ad te remigravit. Tu iustitię præcipuus cultor, & æquitatis sedulus obseruator, iustitię trunam tanta festiuitate tenes: vt nihil gratiæ, nihil fauoris, aut potentię tributum veles. Illud est admirabilem nihil gratiæ causa statuas. omnia tamen quę statuas, grata sunt. Quos iudicas, ita potius veris rationibus conuincis: vt velinunt se merito iudicatos affirmare. Qui peccatorum pena iuste atque iactentur. In publicis cõcionibus ins laboriosissime ac scruentissime dicis: & omnibus iustitię debito lausfacis. Si quid vquam aliorum de cerere coactus fueris misericordie lenitate, & beneficiorum largitate compensas, nihil tam munificum & bono principi æque dignum ducis, quam supplibus opem præstare, afflictis supplicas ferre, tepiores sic protegere, ne ditionum potentia pessundati opprimantur, & deploratus, vt iudice, suo iuri diffidat: quod præcipuum est iustitię præceptum obseruas: vnicuique quod suum est tribuendo: & cuiuscunque ius illi sum, immittuntque conferendo. tu te principem ac moderatorem præstas vt sub tuo nomine recte diffiniri possit, qui quid iuris, & qui piii, ac sancti significare voluerimus, præter exactissimam iustitię obseruantiam: quę cumque ad illustrandam principis dignitatem spectant in te cumulatim concurrunt. Te præcipue quodam diuinę providentię dono genitum, indulgentissima natura suis quibusque peculiaribus dotibus exornauit: qua posset in te totas virtutes locaret, & locatas exprimeret, & expressas ceteris principibus imitandas proponeret. Tanta prudentia, fortitudine, & temperantia Mediolanense imperium consultiissime moderatus: qui recte principatum gerere cupis, te præcipuum habeant quem æmulentur & colant: & a quo principandi normam & præcepta accipiant. Quicquid de bono principis regimine vsquam scriptum est: sic ad amulum obseruas, vt nihil scriptores illi præcepisse videatur, quod a te vquam fuerit prætermisissimum: & nihil facias, quod non sit ab eis institutum. Qui consilium maximam principem sibi effigiam proponeret, te ex omnibus, qui sint vel vnquam fuerint in exemplar deligeret: in quo nihil quod summum & præclarum principem deceat, desiderare posset. Si in veterum principum comparationem assumaris, quę vix singuli diuersis ætatibus insensibilissima cura sunt affectus, in te optima & vberissima conspiciuntur. Legimus Aristidem, Agesilaum, & Traianum fuisse infos, sed te cimus & quotidie experimur, magnam Iulij Cæsaris clementiam antiquitas commendauit: tua non minore, nec vlla ex parte remissiore, fruimur. Summa in Põ peio æquitas perhibetur, longè maiore in te fieri expectant, ita sentiant vniuersi populi. Laudant veteres Metelli pietatē, tuā presentē præsentem admiramur. Magnū Alexandri animi antiquitas extulit: longè maioribus laudibus inuicti animi tui magnitudinem, nostra extollunt sæcula. Disciplinam militarem, tum Græcorum, tum Romanorum imperatorum præci annales testantur, in te non inferiorem vniuersa experit Italia. Themistoclis prudentiam, constantiam Fabij, Scipionis continentiam antiqua literarum monumenta celebrant. Has omnes animi peculiaris dotes in te non modo descriptas audimus: sed in dies aliduo vsu percipimus, & vna voce decantamus. Scio me nonnullis videri posse per assentationem hæc dicere. Sed contraferat quælo facta inuicem. Incredibilem tuam principatus gubernandi scientiam, altissimam imperii administrandi prudentiam, animi magnitudinem, & constantiam contemplantur: quædam æqua lance iustitiam in omnes quotidie exerceas, quam librata sit in iure reddendo quędam mixta fuerit misericordia: & in facili ignoscendo naturalis clementia. Rimentur prudentissima consilia tua, arcana rerum publicarum negotia inquirant, & vident quantum supra mortalium fidem, & supra hominum vires, & ingenia excellant. Egregia tua per omnem Italiam facinosa suspiciant, & gloriosos rerum exitus meciantur: deinde se posteo huore iudicent: nec hoc loco mihi gratia ardeat, sed veritas de seipsum verum exhibeat testimonium. In te vno quicquid fortuna, aut natura, vel humana diligentia magis tutissimam, ac propè in expugnabilem, eidem imperio adiecit. Insubria ditioni arduissimam societatem copulasti cum Larij potestatis. Nō minore animorum quam fuerunt colligatione obseruasti, quod Aristoteles in mandatis Alexandro regi reliquit. Indissolubilem enim amicitiam contraxisti cum his qui finitimi sunt & potentissimi, vt in tempore adesse, & vsui præsto esse possint. Cives vniuersos, & populos tuę gubernationis credidisti, ex cæta & diligentia prosequeris, vt non minus parentes in filios studium adhibeant: adeo vt omnium pater, & defensor possis appellari. Solicitus es pro salute & commodis subditorum (memor Homeri documentum) non oportere eum cui multi populi subsunt, totam noctem dormire. Subditorum querelas libenter exaudis, præferim quę in magistratus cuiuscunque ordinis & dignitatis deferuntur. Sic populus non minus gratificaris quam satisfacis, & magistratus timidores, ac iusti obseruantioris reddis. Legati omnium Italie potestatum te ex præscripto quotidie adeunt, quantum expedit pro arbitrio alloquuntur & consulunt, & in quibuscunque grauissimis negotiis maximam prudentiam tuę vim experiuntur. Epistolæ qualescunque vel ex dactyliditione, vel aliunde ex toto terrarum orbe delatas: sine præiudicari rerum sint, siue publicarum, per te ipsum vis videre, vel audire, nec alterius cuiuscunque fidei credis. Ex ea credulitate spernuntur huiusmodi principes falluntur & intenti insubditum perneciem cunt. Responsa quę singulis didacti, postquam per ducales scribas transcripta fuerint, non grauius denuo reuident. Facis bono consilio, vt siquid minus prouidit, vel impetu quodam, aut repentina ita, quod tamen tutissimum est, demandas, hoc interuallo ita effectuciente, dum ad te rursus deferuntur, quasi te ipsum melius collegis, vel immures vel emendes. Sic plene adimplet Antenoridii philosophi ad Augustum Cæsarem salutare præceptum, quod diuus Theodosius Romanorum Imperator non a philosopho, sed a nature munere accepit. Cum ita te ceptis, nō aliquid istarum, nihil prius neque dixeris, neque feceris, quam quatuor & viginti literas tecum memoria recenueris, vt illa concitatio quę momenti est, in mente aliò traducta parui temporis interiectu languescat. Non tantum viuentibus bene consulis, verum etiam in cluissimos patentes tuos, præstantissimos illos heroes, & inuictissimos duces ad interitu vendicas. Quos pro eorum mentis immortalitati dicasti, æternis scriptorum monumentis, æneis imaginibus, ac colossi mole mirabili, exornas. Præterea qua comitate, qua gratia rhetores, philosophos, theologos, ac iure consultos sic complexus: quos præter maxima stipendia, summis honoribus, cum modis beneficijque prosequeris. Cui enim vnquam veterum principum tantum fuit curę, vt doctrinarum studia florent, quam tibi optimo & indulgentissimo principi: Cum intelligas literas omnium virtutum esse fundamentum, vt pote continentię, modestię, vigilantię, patientię quę magistras. Omnium ingeniorum artem præceptores, & variarum scientiarum doctorum aciuisti, quos adeo re, & honore affectisti, vt te veluti Launę linguę, & liberalium disciplinarum patrem celebrare & illuistrare debeant. Quare (principes gloriosissime) cum sis nature opus mirabile, virtutum vna imago, probitatis & fidei simulacrum, scientiarum, thesaurum, literarum, ac literatorum asylum, & nostri sæculum & exemplar: nil mirum si te ceteri principes quaruemque rerum arbitrum volunt, si belli, & pacis iura in tua manu sunt reposita. Nil mirum si quaruemque bonarum artium professores, & qui literis præstāt tui nominis immortalitati student, & te fieri presentibus celebrant, ita posteros imitandum proponere contendunt. Ego tuę præstantię mancipium, & tuę probitatis affectuosissime, cum annis superioribus bina commentaria in sacratissimas leges, tuo diuino nomini sacrassem, tertium quoque nunc, vt parenti dicandi duxi. Tu verò principes sapientissimos qui solita clementia superioribus amissisti, nec tertium a perna betis. hæc nostrę legum interpretationes læto gradu & fiducia plenę ad te properant, cum intelligant vbes & populos tuo regimini traditos, te non minus legibus quam armis iurari, & a te (veluti a terrestris numine) vitam spiritumque accepisse recognoscant. Vale princeps clementissime. Ex academia Ticinensibus Februar. Anno. M. CCCCX C III.

Tituli huius voluminis.

De operis noui nunciatio.	fol. 2.	De re iudicata.	121
De acquirenda possessione.	43	De fluminibus.	161
De vsucapionibus.	100		